



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 110. Bononiensium turbæ; Annibal Bentivolius trucidatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A. C. 1445.

§. CX.

Bononiensium turbæ, Annibal Bentivolius trucidatus.

Sub idem tempus Bononia intestinis motibus graviter agitata est; funestæ enim dissensiones suboriebantur inter potentissimas Bentivolorum, & Cannetulorum familias, quibus Gislerii quoque se adjunxerant. Bentivolii, quamvis e Picinini tyrannide in libertatem sese asseruissent, nec propterea tamen tranquilla magis fruebantur aura, civilibus dissidiis undique vexati, ex quibus Annibalis Bentivolii crudelissima cædes nata est, adeo, ut nec affinitas, quam cum illis contraxerat, inimicorum suorum ferociam cohibere posset. Subjecerat is suæ potestati urbem Bononiensem, suorum fautorum auxilio suffultus, ac ejusdem imperium tenuit usque ad annum Domini millesimum quadringentesimum quadragessimum quintum, quo die vigesima quarta Junii in Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ, cum quemdam parvulum e sacro lavacro suscepisset, interfectus est. Teterrimi hujus sceleris Auctores erant Cannetuli, & Gislerii, qui sub amicitiae redintegrandæ obtentu Annibalem rogabant, ut pro Infante ex eorum familiarencens nato ad sacrum fontem Sponsor fieret.

*S. Antonin.
tit. 22. cap. II*

Teterrimi hujus sceleris Auctores erant Cannetuli, & Gislerii, qui sub amicitiae redintegrandæ obtentu Annibalem rogabant, ut pro Infante ex eorum familiarencens nato ad sacrum fontem Sponsor fieret.

ret. Turpissimum hoc juxta ac atrocissi-
 mum facinus eousque concitavit popu-
 lum, ut in primo æstu Joannem Bapti-
 stam Cannetulum in suo latibulo depre-
 hensum in frustra concideret, alios ejus-
 dem criminis consortes captos brachiis,
 ac cruribus mutilaret, eorumque corpo-
 ra in quatuor partes dissecta patibulo af-
 figeret. Annibali Patri successit Joannes
 Bentivolius hujus nominis secundus sub
 tutela cujusdam sibi sanguine juncti edu-
 catus, qui tamen nonnisi cruentis con-
 filiis sese in imperio firmaverat, cum plu-
 res ex Malveziorum familia trucidari, &
 Marescottos urbe expelli juberet, eoquod
 tam hos, quam illos secreto in ipsum
 conjurasse comperisset.

§. CXI.

Antonii Corarii Cardinalis obitus.

Meliori fato sublatus est hoc eodem an-
 no Papiæ Antonius Corarius, Ve-
 netus, Cardinalis Episcopus Ostiensis sa-
 cri Collegii Decanus, & Papæ Gregorii
 XII. Nepos. Hic unus erat ex Fundato-
 ribus Congregationis sancti Georgii in Al-
 ga; Vir morum innocentia, Virginitatis
 laude, ac omnium suorum beneficiorum
 abdicatione longe celeberrimus. Arde-
 bat summa in pauperes charitate, in quos
 tam liberaliter omnes suas opes erogavit,
 ut

Sæcul. XV.
 A. C. 1445.

*Æn. Sylv.
 Epist. 3. &
 cap. 53. de
 Europa.*

*Platin. in
 Eugen. IV.*